



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony  
decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis.  
ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue]  
docto eos digne legenti. predicanti. aut ...**

**Nicolaus <de Plove>**

**Argentine, 22. XI. 1494 - 1495**

De eadem d[omi]nica. III. Sermo. XXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31214**

dimissa femina ipse moreret. Ille statim femina mitti iussit. sustinuitque in conspectu suo seipsum interitum serpentis occidi. Ecce amor viri ad uxorem. quod potius elegit mori quam uxorem permitteret. Secundo sunt uxores grate et pie in consolendo. Narrat Valerius ibidem. Quasi lacedemonii a spartanis essent capti. et ad decollandum in carcere fuerant. coniuges eorum velut allocutur viros suos spirituos intraverunt carcerem. impetrato a custodibus aditum. commutataque veste per simulationem doloris velatis capitibus eos abire passae sunt et salutem restituerunt. Sed heu nostri temporis femine non solum non zelant pro salute viro. sed etiam quedam mortis venena aut interitum per alios promittunt. Tertio sunt gratie in communiendo. Narrat Hieronymus contra Iovinianum libro primo. quod in diebus omnibus pene barbari uxores plurimas habent. Apud indos lex est ut uxor carissima cum marito defuncto cremetur. hec igitur contendunt inter se amorem. et ambitio summa certantium est ad testimonium castitatis. Ita quod victricem in habitu ornatumque pristino iuxta corpus defuncti accubat. amplexas illud et osculans. et suppositos ignes pudicie laude preternens. Ecce quod gratia mutui amoris apud paganos inter coniuges indicia. Nos igitur tanquam christiani promissa studeamus suare quantum coniugium nostrum possit nobis esse non culpa ad damnationem sed meritum ad salutem eternam. Ad quam nos deus qui regnat per infinita secula producere dignetur. Amen.

**De eadem diebus. III. Sermo. XXI.**

**Omnis homo pro bono bonum vinum ponit.** et cum inebriatus fuerint dat quod deterius est. Iohannes in epistola. Sicut dicit magnus sidus ecclesie sic beatus Augustinus in libro de libero arbitrio. et in libro de sermone domini. Virtutes quibus recte vivitur magna bona sunt. Species autem quorumlibet corporum sine quibus recte vivitur potest minima bona sunt. Potentie vero anime sine quibus recte vivitur non potest media bona sunt. Hec ille. Ante Augustinus distigue re in rebus humanis triplicem differentiam esse. scilicet quod quedam sunt bona summa. quedam infima. quedam media. Cui concordat thema nostrum quod recommendans prudentiam humanam. dicit quoddam vinum bonum primo apponi. quoddam vero postea apponi. quod deterius est. non tamen simpliciter malum. quod est consequenti immu-

it quoddam vinum esse infimum. et sic malum de se. Secundum habet in sermone primis tangunt tria. Primo gratie diuine tanquam boni vini electio. cum dicitur. Omnis homo primum vinum bonum ponit. Secundo malicie et culpe diabolice reiectio tanquam vini pessimi. et hoc per comparationem ad bonum. quod vbi quibus fuerit vinum oppositum ru. ibi et reliquum. et opposita iuxta se posita magis elucescit. Tertio crapule humane regulatio. cum dicitur. quod deterius est. Primum vinum est laudabile. secundum vinum imperabile. tertium tolerabile. Primum omnino purum. secundum omnino feculentum. tertium indifferens. Primum ponit spiritus. secundum diabolus. tertium caro et mundus.

**Dixi primo** quod in sermone primis tangunt gratie diuine tanquam boni vini electio. cum dicitur. Omnis homo primum bonum vinum ponit. Iste homo potest dici spiritus. De quo dicitur in pluribus locis. Homo quidam fecit cenam magnam. Lucam. Si autem fecit cenam aut prandium necessario posuit in ea vinum. Hoc est autem verisimile quod tantus homo regius posuerit vinum malum sed magnificentia regia dignum. ut dicitur Helter. Vinum quoque magnificentia regia dignum apponebat. Unde deus parer ex quo facit hodie ipse gratie nuptias filio suo. ut dicitur Matthei. prout vinum electum pro honore suo. Ponit autem spiritus triplex bonum vinum. scilicet concupiscentie. deuotionis et fructuositas. De quo patet in psalms. Porasti nos vino concupiscentie. Istud vinum homini auertenti se a peccato est amarum. quod tunc sentit amaritudinem et dolorem. ac si vinum recens et forte biberet. De hoc vino dicit saluator. Lucam. Nemo mittit vinum nouum in vases veteres. Et verum est quia gratia concupiscentie non infunditur cordi habenti vetustatem peccati. sed ambulati in nouitate vite. propter quod clamat apostolus. Renouamini spiritu mentis vestre. Ephe. iij. Ac si diceret. Vinum nouum gratie diuine potest esse. ideo preparate noua vasa. i. preparate corda vestra domino. Hoc vinum facit tres effectus. Primo prouocat peccatorum confessionem. Sicut enim in ebrioso nullum manet secretum. sicut compuncto corde et habente istam gratiam. Proverbi. Nullum secretum manet vbi regnat ebrietas. Qui enim hoc vino inebriatur fuerit quicquid habet in corde reuelat. et quicquid diu latuit patefacit. Et sicut vinum nouum lagenas rumpit. sic gra-

## Dominica prima post octa. epi.

nia compunctōis cor aperit Job. xxxij. En-  
vener meus quasi mustū absq̄ spiraculo  
qđ lagenas rumpit. D̄ qđ pauci bibunt de  
istō vino qđ male cōfiterē z peccata abscon-  
dunt. Scđo istud vinū inducit ad suūp̄  
humilitatē z contemptū. Treno. iij. Ine-  
briaberis atq; nudaberis. Inebriaberis  
sc̄z vino cōpunctōis. et tūc quasi nudatur  
homo qñ sibiūp̄ vilesat. z coram alijs de-  
spicit semetip̄m. Sicut maria magdalena  
qđ fm Grego. qz semetip̄m grauit̄ erube-  
scebatur intus. nihil estimabat qđ erubescer-  
et foris. Ideo d̄. Hiere. xxxij. Fac̄ sum  
sicut vir ebrius. z qđ hō madidus a vino.  
D̄ qđ optimū vinū humilitas sui. Tertio  
istud vinū prestat securitatē z audaciaz. sic  
vinū materiale. Facit ei audacē cōtra de-  
mones. ij. Esdre. iij. Omne mentis vertit i  
securitatē. Bonā securitatē habent peni-  
tentes hñtes p̄missione regni celestis. Ju-  
sta illud Math. iij. Penitentia agite. appro-  
pinq̄bit vobis regnū celoz. Scđm vinuz  
qđ ponit xps est vinū deuotiōis. Et istud  
vinū facit tres effectus. Primo facit timi-  
dos audaces ad om̄ia faciēda sustinēda.  
Roma. viij. Quis nos separabit a caritate  
xpi. Bene potauerat iste in tertio celo. ido  
fuit sic audax qđ nec gladiū nec ignē nec qđ  
qđ durū timuit. Sic z petrus qđ prius fuit  
timidus negando xpm. postea fuit audax  
p̄fitendo qñ dixit. Magis oportet obedi-  
re deo qđ homibz Actu. v. De h̄ vino letifi-  
catur tristis vt sit iocūdius. Istud parz de  
ap̄tis. qđ cū multo madere putabant. vt di-  
citur Actu. j. ibant gaudētes a cōcilio qñ  
digni habiti sunt p̄ noie iesu p̄tumeliā pa-  
ri. Actu. v. Ps. Unū letificat cor hoīs. D̄  
si nos biberem? istud vinū saltē semel vel  
vnā guttam qđ libet̄er sufferrem? tribulati-  
ones. Sicut paul? qđ bñ potauerat de ip̄o.  
de seip̄o dicit. Libenter gl̄abor in infirmi-  
tate meis. ij. Cor. xij. Sed heu pauci bi-  
bimus. ideo nihil patimur. Tertio de isto  
vino dicit̄ paup. Sicut enī ebri? vino ma-  
teriali om̄ia se credit possidere. cū nihil ha-  
beat. Sic deuotus qđsq; hñs gratiā. om̄ia  
videt̄ habere. Iuxta illud. Nihil habētes  
z om̄ia possidētes. Et quō nō oia habet qđ  
deum habet Sap. vij. Uenerūt mihi oia  
bona pariter cū illa. Tertū vinū qđ ponit  
xps omibz beatis. est vinū eterne felicitat̄  
z fructiōis beate. De qđ dicit̄ beati bodie

xpo. Seruasti vinū bonū vsq; adhuc. De  
hoc etiā dicit xps Math. xxvi. Bibā illud  
nouū vobiscū in regno pris mei. Optimū  
vinū. Primū ei est bonū. scđm meli? terti-  
um vero h̄ optimū. qz purissimū Isa. lxx.  
Faciet dñs cōmuniū vindemie defecate. i.  
sine fece tristitie. eo qđ ibi absterget de? om-  
nē lacrimā ab ocul? scđoz Apoca. xxi. Opti-  
mū vinū. p̄ter tres effectus. Primo qz fa-  
ciet obliuisci om̄m dolor. sicut vinū materi-  
ale facit obliuisci plagaz. Prover. xxxij. Bi-  
bant z obliuiscant̄ egestatis sue. z doloris  
nō recordent̄ amplius. Scđo qz inducet  
copiā z habundantiā sc̄re leticie i aia. Ps.  
Inebriabunt̄ ab ybertate domus tue. Et  
certe magna habūdantia vbi om̄e qđ vo-  
lent sancti erit. z quod nolēt nō erit. Ter-  
tius effect? qz gratis dabit̄ vnicuiq; Isa.  
Venite z bibite absq; vlla cōmutatiōe vi-  
num z lac. i. humanitatē tanq; lac. z diuini-  
tatē tanq; vinū. z sic erit liberale vinuz. Et  
sic p̄t̄ de p̄mo vino qđ est bonū z delecta-  
bile fm tres gradus.

**Dixi secūdo** qđ in v̄bis p̄mis-  
sis describit̄ ma-  
licie z culpe diabolice tanq; vini mali z pes-  
simi reiectio. qđ est vinū vitupabile. Istud  
vinū p̄inat diabolus. Primo p̄ culpaz in-  
p̄sentis. scđo in futuro p̄ penā hic dat̄ p̄gu-  
stare. sed in futuro p̄fecte porabit peccato-  
res. Dat̄ autē multiplex vinum fm multi-  
plicem culpā. Primo vinū imoderate cu-  
piditatis. Jobel. j. Expergiscimini ebrii z  
stere z vlulate om̄es qui bibitis vinum in  
dulcedine. Hoc vinuz bibebant filij Job  
cū sorozibz suis in cōmuniō Job. j. Qui po-  
stea interempti sunt. Dat̄ scđo vinū carna-  
lis voluptatis Prover. xx. Luriosa res  
vinū. et tumultuosa ebrietas. Quicūq; hñs  
delectatur. nō erit sapiēs. Sic bibit loth  
Gen. xij. Qui inebriatus cōmisit incestuz  
cum filiabz. Tertio dat̄ vinum supbie. De  
quo Prover. iij. Comedunt panem im-  
pictatis. z vinum iniquitatis bibunt. Florā-  
ter dicitur vinū iniquitatis in superb. i. in-  
equalitatis. Et que maior̄ inequalitas qđ  
non subesse superiori. non cōformari equa-  
li. z contemnere inferiorē. D̄ qđ plures ex-  
terminauit vinum istud vt dicit̄ Ecc̄. xxxij.  
Certe multos. quia diabolus de celo. ho-  
minem de paradiso. reges de solio vt Na-  
buchodonosor. Antiochum z Saul. De

quibus longus esset hic tractare. Post istud vinum culpe ministrabit diabolus vinum pene eterne. De quo in Ps. Veruntamen fex eius non est exinanita. bibent omnes peccatores terre. Vinum pessimum penetras ad interiora cordis. De quo dicitur **Isaie xxxij.** Inebriabimini et non a vino. quasi diceret. imo a pena. Istud vinum habebit tres effectus maledictos scilicet amaritudinem. quia erit amarissimum. Secundo quia erit turbulens. Tercio quia erit mortiferum. De primo dicitur **Deute. xxxij.** Uua eorum uua fellis et botrus amarissimus. **Isaie. xxxij.** Ecce ego cibabo eos absinthio. et potabo eos felle. Habebunt enim damnari cibum et potum. quia patient in corpore et anima. Tercio erit turbulens. quia turbabit damnatorum conscientias. Unde in Ps. Turbati sunt et mori sunt sicut ebrius **Isaie. xxxij.** Clamor erit in plateis super vino. In plateis enim inferni vinum datus litigabit contra alium. quia ibi filius maledicet patri. et filia matri. dicens illud. Veni mihi mater mea. quia me genuisti virum dolozis. **Isaie. lxxv.** Tumultuabis puer contra senem. Nec solum se invicem litigabunt. Verum etiam pro deum. quem blasphemabunt. ut dicit **Apo. xvi.** Tercio erit mortiferum siue toxicatum. sicut illud **Deute. xxxij.** Fel draconum vinum eorum. et venenum aspidum insanabile. Et propter hoc dicit **Isaie. lxxv.** In calore eorum potus eorum. et inclinabo eos ut sopiant et dormiant somnum sempiternum. Malus somnus perpetue mortis. Ecce vinum amarum turbulens et mortiferum. et quibus pater quasi sit pessimum et prosequens fugiendum.

**Dixit tertio** quia in verbis premis tangit intemperantiam huiusmodi vini deterioris descriptio. cum dicitur. Quod deterius est. Istud vinum est carnis et mundi. De quo dicitur **Proverb. xx.** Luxuriosa res est vinum. Et apud **Apoc. y.** Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Isti vino continue potantur mundani et carnales qui nihil aliud quam desideria carnis perficientes. dicitur illud pessimum verbum **Sap. ii.** Vino precioso et vnguento impleamus nos. et non pretereat nos flos temporis. Quod quia puer sus ordo rationis in talibus. in eo quod dicunt impleamur. Non sufficit eis bibere ad necessitatem. sed addunt ad superfluitatem impleamus. cum tamen vinum in io

cunditate et moderatione sit creatum ab initio. ut dicit **Eccl. xxxi.** Unde ibidem. Exultatio anime vinum cum temperantia. Ecce quod non culpatur vinum in se. nisi immoderate sumptum. Ideo dixi notanter quod vinum istud est deterius. non tamen simpliciter malum. sed quasi indifferens. quia sobrie potatum confert salutem. sed superflue sumptum nocet anime et corpori. Quomodo autem nocet breviter audiamus. Unde sciendum quod usus vini immoderatus nocet homini quadrupliciter. Primo quia est detrimentum libertatis. Secundo quia inducit confusione bonestatis. Tercio quia est coplementum voluptatis. Quarto quia est experimentum seu signum fatuitatis. De primo patet. nam prima radix servitutis et ignobilitatis huiusmodi vini. ut dicitur **Genes. ix.** Ubi noe cum pluviasse vineam et fructum collegisset expressit succo bibit. et inebriatus est. dormiens in tabernaculo nudavit femora. Ad quem accedens filius suus cham. et videns nuditatem eius patrem derisit. Quod pater resens. ipsum cum filiis suis in sempiternum perpetua servitute damnavit. Et hec sunt origo servitutis. Sicut dicit **Aug. xii.** de civitate dei ca. xv. Ecce plura mala. Primo privatio usus rationis et sensus. ut se non sentiat ut bestia. et sit quasi dormiens. Hoc notatur in eo quia dormit. Secundo ex polatio virtutum imo etiam divitiarum. quia communiter magni potatores fiunt pauperes. Iuxta illud. Qui amat vinum et pingua non ditabitur. Istud patet ad oculum in nostris artificibus qui continue capiunt pecuniam ex artificio. et tamen non ditant non ex alio nisi quia amant haustum bonum et bonum gustum. Ubi enim magnus dominus non daret vinum grossum. ipsi dant dominos pro recenti pisce vel carne. Sed quid contingit eis in senium. certe egestas maxima. quia tales ut communiter in mendicitate moriuntur. Tercio facit derisibilem. non solum inimicis sed etiam amicis. quia filijs. Quarto inducit servitutes in successibus. Nam filij potatorum communiter subiunguntur servituti aliorum. Sicut hoc fecit filio. propter quod sicut dicit **Aug. ii.** lib. o. ad sacras virgines. Multi propter vinum amissis honoribus ignobiles remanserunt. et laribus paternis profugit. vix tam non ubi sumperunt finierunt. Secundo

## Dominica prima post octa. epi.

vinum immoderate sumptus est confusio honestatis. Confundit enim et deturpat hominis honestatem. Unde Innocentius in de vilitate humane conditionis. Quid turpe ebrioso. cui fetor in ore. tremor in corpore. promittit stulta. pandit occulta. Cui mens alienatur. facies transformat. nullum erit secretum ubi regnat ebrietas. Et Seneca epistola. cxx. Non est animus in sua potestate ebrietate deiectus. quem admodum multo dolia ipsa rumpunt. Et quod in limo iacet. in summam partem vis caloris eructat. Istud videre est ad sensum. Nam multa ebrietas faciunt contra honestatem quam sobrietas erubescunt. Ideo Seneca dicit. Ebrietatem nihil esse nisi voluntariam insaniam. Refert Seneca ubi supra epistola. lxxviii. de Alexandro macedone. Quod inebriatus totum sibi carissimum ac fidelissimum inter epulas transfudit et intellecto facinore cum esset sobrius mori voluit. Fingitur a quibusdam. putrefert Dolgor super librum Sapientie. ca. ij. Quod imago ebrietatis sic pingebatur a romanis. Primo imago puerilis. cornu habens in manu. et in capite coronam de vitro. Puerilis pingebatur in signum quod facit hominem puerum elinguem et insensatum more pueri. Cornu habebat in manu in signum quod spiritus tubat et prodit secreta et clamando revelat. Corom habebat vitream. quia reputat se gloriosum et divitem. cum nihil habeat. Et hec est una causa. quare regibus et principibus prohibetur vinum. Noli inquit sancta mulier mater salomonis o lamuel vinum dare regibus. ne obliuiscatur iustorum iudiciorum. Unde Robertus Dolgor infert super librum Sapientie. ca. ij. Quod nihil ita periculosum est reipublice sicut ebrietas in rege vel principe. Unde dicitur Sapientie. De terre cuius rex puer est. et cuius principes mane comedunt. Et certe quia ut dicit Dolgor a tali principe vltimos debent aut indefinite et precipites interrogantur. consultationes accepte in iniuria aliorum incaute revelantur. ordinationes reipublice concessae et vitales retractantur. Narrat Valerius libro. vij. ca. ij. Quod mulier quaedam innocens damnata fuit a philippo regem emulento et ebrioso. que propter innocentiam conscia clamavit. Appello inquit a philippo ebrioso ad sobrium. Quod verbo regi ebrietatem excussit. qui causam diligenter inspectit. et mulierem liberam a pena dimisit.

Terzio vinum est complementum voluptatis. Verecundia namque bona multos cohibet a peccatis. et ubi illa per vinum aufertur. voluptas que latuit in corde sine pudore se deregit. Unde Seneca epistola. cxx. dicit plures pudore peccandi quam bona voluntate prohiberi sunt a scelere. At ubi possedit animus nimiam visum. quicquid mali latebat emergit. Hec Seneca. Quarto vinum est experimentum fatalitatis. quia si homo sit dispositus ad quodcumque malum. in ebrietate potest de eo capi experimentum. Ecce. xxxij. Vinum corda superbiorum arguit. id est. ostendit et proponit. Et premittis infero quod ebrietas et omnis potus inordinate et in temperate sumptus nocet cuilibet statui. Patet ab inferiori ad superius cum confusione arguendo. Nam si pauper est non ditabitur. sicut supra patuit. Si dives est de pauperabit et substantia nudabitur. Si inuenis est non docebitur. Quia secundum Boetium. Vinum immoderate sumptum turbat acumen ingenii. Si est senex et doctus infatuabitur. quia vinum et mulieres apostatate faciunt sapientes. Ecce. xix. et. xxxij. Istud patuit in salomone. qui licet sapientissimus. tamen infatuatus est ebrietate et voluptate. iij. Regum. ij. Denique si castus est. ipse polluetur. Patet de Loth qui ebrius incestum commisit cum duabus filiabus. et que Sodoma non viciat vna vicerunt. Genes. xix. Et quo ad hoc dicitur Dige. super Benes. Omelia. v. Quod licet Loth excusari posset quod propositum et voluntatem peccandi non habuit. inculpandus tamen est. quia vino nimis indulxit. Et ideo dicit. Quod ebrietas peior fuit quam Sodoma. quia ebrietas decepit. quem Sodoma non decepit. Uritur ille flammis mulierum quem fulfura flamma non vicit. Preterea si quis honestus est ebrietate confundetur. Quia ut dicit Hieronymus ad oceanum in epistola. Hoc ad vnius ebrietatis horam nudavit femora que per sexcentos annos sobrietate contereat. Sed et si quis fortis est vincetur. Patet de holoserne. quem nimia ebrietate sopitum Judith vidua occidit. Judith. xij. Et de Alexandro de quo refert Seneca epistola. lxxviii. Quod licet eum totus mundus superare non potuit. tamen sola intemperantia vicit. quia in ebrietate letale poculum hausit. a quo et obiit. Postremo

si quis sanctus est ipse contaminabit ebrie-  
te. Unde sacerdotibus qui sancti erant pro-  
hibebatur vinum quando tabernaculum in-  
grediebatur. Sicut patet *Leuitica. x.* ne  
in sanctitate contaminarent. Et permixtis  
patet Quia licet omnibus sit vinum nocuum.  
tamen precipue regibus et principibus. sa-  
cerdotibus et sapientibus. continentibus et vir-  
ginibus. Et est ratio. quia isti tenent ma-  
gis esse sobrios et ratione vigere. *Ubi Hiero-  
nymus* vocat vinum venenum. *Epistola*  
*xcv.* dicens. Sponsa christi vinum fugiat  
ut venenum. Refert *Papias* Quia vinum pri-  
us vocabatur venenum. sed postquam toxicum  
inuentum est. tunc illud vocatur vinum. istud  
venenum. **C**irca permixta occurrit  
dubium satis pulchrum. Utrum usus vini  
sit homini licitus. et idem de quolibet po-  
tu inebriante. Et videtur quod non. quia dicit  
*Ecclesiastes. ii. ca.* Cogitavi a vino abstra-  
here carnem meam ut animam meam ad sa-  
pientiam transferrem. Sed sine sapientia  
homo non potest saluari. ergo etc. quia Sa-  
pientia. vii. dicitur. Meminem deus diligit ni-  
si qui cum sapientia habitat. Igitur neces-  
se est homini abstrahi a vino. Secundo quod  
*Roma. xiiij.* dicitur. Bonum est non mandu-  
care carnem nec bibere vinum. sed cessare a  
bono virtutis est viciosum et illicitum. Ter-  
tio quia *Hieronymus* dicit. vinum cum car-  
nibus post diluuium est dedicatum. Chri-  
stus autem venit in fine seculorum. Ideo  
extremam partem traxit ad principium. ergo  
tempore legis christi est illicitus vini usus.  
Ad oppositum est *Apostolus. i. ad Thimo. v.*  
dicens. Noli adhuc aquam bibere. sed mo-  
dico vino utere. Ad questionem respondet  
*Holgor* super librum *Sapie. ca. ij.* dicendo.  
Quod se loquendo usus vini homini est val-  
de licitus. potest tamen contingere quod alicui  
homini sit illicitus. vel ex conditione bibe-  
ntis vel aliorum qui de suo facto forte scanda-  
lizarentur. Ex conditione bibentis. quia  
forte ex tali potatione perdit caput linguam  
et pedes de facili. Vel quia ex voto ad ab-  
stinenciam se astrinxit. Ad primum ergo di-  
co quod licet hoc sit perfectionis et consilii. non ta-  
men usus vini. ideo est illicitus. Aliter du-  
pliciter quod sapientia est duplex. Una que a  
deo infunditur. Alia per studium et doctri-  
nam acquiritur. Et certe respectu prime dis-  
ponit abstinentia a vino. respectu secunde

de non. Ad secundum dico quod *Apostolus* prohi-  
bet solum romanis conuersis ad fidem quod  
nec carnibus nec vino utantur in scanda-  
lum christianorum de nouo conuersorum.  
Ad tertium dico quod *Hieronymus* vult dice-  
re quod christus a vino retrahit tanquam ab im-  
pedimento perfectionis si excessiue sumat.  
Nos igitur fratres potius de illo vino pro-  
mo seque gratie christi copunctionis et deuo-  
tionis sumamus. et vinum diaboli simpli-  
citer malum abijciamus. Quatinus vino  
materiali temperate videntes ad vinum sem-  
piternae fructuosis perveniamus. Ad quod  
nos perducatur iesus christus.

**D**ominica secunda post octavas  
Epiphanie. I. Sermo **XXII.**

**Q**uoniam descendit  
Iesum de monte. *Matth. xiiij.*  
et *Marci. i. Luca. vi. cap.* In  
hac dominica recolit mater sancta eccle-  
sia duo magna beneficia humano generi  
per christum impensa. scilicet beneficium cu-  
rationis lepre et paralitici. Quas duas pas-  
siones et infirmitates christus miraculose in  
duobus hominibus perfecte subito unico  
verbo curavit. significans per hoc quod si nos  
deuote ad ipsum clamauerimus. exemplo  
istorum ab omnibus infirmitatibus mentis  
nostre curari merebimur. In figura huius  
maria soror moysi que propter murmur  
a domino percussa fuit lepra. clamans ad do-  
minum sanata est. *Num. xij.* Sic debet fa-  
cere anima lepra peccati infecta. dicens cum  
*Psalmo.* Ad dominum cum tribularer cla-  
maui. In figura huius etiam *Naaman* sy-  
rus curatus est a lepra per lotionem in aqua  
iordanis. ad significandum quod nos curari vo-  
lentes a lepra peccati. debemus lauari in  
aquis lacrimarum. et hoc septies. id est. om-  
ni tempore vite nostre. Magna ergo con-  
fidentia datur hodie peccatoribus quos  
deus paratus est ab omni infirmitate me-  
tis curare. si et dum ad eum deuota humi-  
litate recurrant. exemplo istius leprosi de  
quo ita dicit euangelium. **A**d descendit Ie-  
sus de monte. *Dic* tertium hic. *Sup* quo  
vestre caritati aliquid dicere expediret. **C**e-  
rum quia omnes fere infecti sumus lepra  
peccati. ita quod si dixerimus quod peccati non  
habemus. nosmetipsos seducimus. et verum